



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oculus, Hoc Est: Fvndamentvm Opticvm

Scheiner, Christoph

Freiburg i. B., 1621

Cap. I. An, quid qualis sit angulus visorius?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71258](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71258)

LBRI III. PARS SECVNDA.
DE ANGVLO VISORIO.

CAPVT I.


EX his tandem expeditis satis liquet id quod vnice quærimus;
An; Quid; Vbi; & Qualis sit Angulus Visorius?

Dicendum est enim 1. Angulum in quo visio fiat Concl. 1.
in oculo per se, & ex necessitate nullum esse. Patet ex
dictis, neque probatione ulteriore eget.

Dicendum 2. Angulum qui rei visæ quantitatem Concl. 2.
apparentem determinat, esse in organo visus duplici-
ter; vel in basi angulo opposita, vel in particulis radio-
rum visoriorum organo visus inhærentibus, quod est
Retina.

Uti obiectum AB videatur, erit basis visoria in Retinâ C
D; tanta videlicet in eius fundo depicta portio, quanta proportio-
naliter basi AB rei visibilis respondet. &
radij formaliter visorii erunt segmenta D
E atque CF, radiorum HD, atque IC;
beneficio igitur portionum DE atq; CF,
angulus visorius in oculo existit. Vnde.

Dicendum 3. Angulum visorium
effici à radiis formaliter visorij antror-
sum productis, donec sese secent, For-
maliter autem visorij radij sunt soli illi, qui
in Retina resident, quales sunt DE & CF;



Concl. 3.

Ff 2 hi ergo

hi ergo ubi se secant in G, ibidem efficiunt angulum visorium C G D, introrsus euersum, ubi verò progressi in rerū visarum planū impigerint, quales GH & GI, efficiunt angulum visorium antrorsus & erectum, HGI.

Vbi nota, in punctum G conuenire verticem tam coni A B G, cuius basis sit in re respectabili AB, quique dicitur conus radialis; quam coni CDG, illi ad verticem opposito, quemque fas sit appellare Conum vel pyramidem opticam, &c.

Concl. 4.

Dicendum 4. Angulum hunc visorium ex parte rei non existere, propterea quod radij EH atque FI non sint, cogitari tamē exire, quandoquidem radices ipsorum DE atque CF, si procederent, ipsos utique efformarēt, id quod sufficit ad ipsos statuendos. Et hinc utique radiorum ex oculo emissio originem traxisse censenda est. Hinc mixta quorundam sententia enata est, cum quibus & Alarten facit, qui non tantum radios à rebus admissos, sed etiam ex oculo in res emissos concedunt. Qui si recipiendi videātur, explicari possunt, haud incommodè per radios physicè immisos, & per radios emissos radicaliter atque imaginariè.

SATIS FIT OBJECTIONI.

CAPVT II.

Dices hunc angulū monstruosum esse variis nominibus, Nam ex parte rei, & confessione nostra, ipse figmentum est. Deinde lineæ ipsum constituentes sunt monstruosæ, vna enim illarum pars, DE atque CF est realis & physica, altera EH & FI est phantastica. Præterea totius coni ocularis A B, angulus visorius non est vnus, sed sunt infiniti numero & loco dissiti, eo quod singuli radij à re visili AB, in oculum delati, singulas easque peculiare refractiones fortiantur. Quem igitur tor apices huius hystricis non pungant? quomodo visionem non perturbent? Tandem ad quid tam laboriosa tanti monstri inuestigatio?

Satis fit
obiec-
tioni 1.

Respondetur 1. hæc omnia tela in aduersarium retorqueri; Aut enim aliquam de organo visus sententiam amplectitur ex allatis